



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Statutum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Clandestina sponsalia valida sunt: sed non transeunt in matrimonium per copulã cum affectu maritali. *Le def. 45. artic. 5. dub. 4. Ex Congr. Conc. ad Episc. Tornac.*

Matrimonium clandestinum non habet vim sponsaliorum, nisi contrahentes voluerint se obligare eo modo, quo poterant. *Le def. l. c. dub. 5. Vide Val. de hac re l. c. p. 1.*

Stabularius, vide Culpa.

1 **S**tabularius potest cogi per Iudicem ad recipiendum hospitem.

2 Tenetur pro damno dato in rebus à suo famulo, non autem pro vulnere.

3 Tenetur pro deposito perduto etiam culpa leuissima, secundum quosdam; at secundum alios solum de leui. Vide CVLPA. Idemque censendum de Nauclero, & Caupone. Depositem autem censetur, quod in eius, vel domesticorum ad id deputatorum presentia ponitur. Qui verò deposuit rē clausam, promittit, quid fuerit intus, nec stabitur eius iuramento. Quòd si recepit hospitio sine mercede, solum tenetur de dolo, & lata culpa; & si dedit clauem cubiculi, non tenetur.

* Tenetur. *Vide Lopez p. 51. cap. 97. Nauar. cap. 17. n. 17. Molin. dist. 527.*

Statutum vide Lex,

Stuprum.

* Addit. *Stuprum. Mulierē integram deflorare*